dus · oculos habere prope lacrimantes ·
& prope pallidos · Sit libidinosi · id est
intemperantes libidinū · ita sunt · Color
albus · corpus hispidū · recti capilli · par-
tes oris hispidę · directis & solidis capillis
& nigris · ita tempora hispida · similibus
capillis · oculos habebunt pigriores · humi-
dos · crura tenuia · neruis intenta atq; hys-
pida · uentre pinguem · mentū reflexum ·
nares ita ut inter nares · & mentū cana
sit quedam planities · & quibus uena
in brachius est · Sit qui in palpebris ca-
pillos raros & defluentes habent · loqua-

ces sunt. Qui superiores partes multo ma
iores habent quam inferiores abinguine.
Supra autem expositum ē hoc nomen.
Qui uentrem hispidum habent. quibus
memoria uiget. superiores partes corpo
ris minores habent. pallidem etiam &
sicciores. molles. Cimedi autē ita sunt. Inclinato
ad latus capite. conuunctis spatulis. brachijs.
extollunt calcanea. qui plerum q; iunc
tos habent pedes cum loquunt. qui glau
ciunt aliquatenus ut oues. qui narē suam
respiciunt. & qui narem digitis suis diri
gunt atq; fingunt. qui quod aut ipsi
sputant. aut alii sollicite calcant & ob
terunt. qui sepe inspiciunt partes eas
sui corporis quas pulchriores sibi habere
uidentur. qui frequenter subridentes lo
quentes. qui uocē tamquā perfractam
habent. qui supercilia seiuncta. qui
demissum superius cilium ita ut inferi
us occupetur. quibus salientib9 etiam

scapulę prosiliunt. qui mouent corpus
ut mulieres. qui brachia peruersa habent.
& qui tunicam circa lumbos tendunt.
qui cum rident clamant. & qui frequen
tes manus aliorum apprehendunt. Vul
tus locis dictum est nimietates ee uitio
sas. & optimā ee medietatē. Sed nunc
repetimus. non sinceram ee medietatem.
nec summo examine exploratū id quod
medium ē. nec semper atq; in omibus
preualere. sed interdū temperamentum
tunc optimū iudicari. cum non mediū
in duas medietates constituitur. sed cū
magis ad partem alteram uergit. Exem
plis igitur duob' ut tribus ꝓpositis. erit
hoc manifestius quę signa sint optima.
Diximus & eū cauos oculos ee uitiosos.
Si igitur ad certam medietatē respicia
mus. plani oculi erunt optimi. Sed con
stituim' eos oculos ee optimos. qui aliquan
to inferiores sunt quā plani. Refertur.

enim hoc adleonem. Dixim̄ etiam enor-
mę & nimium caput nec non & breue.
ēē uitiosum. Scdm̄ hanc igitur diffinitio-
nem: medię magnitudinis caput optimum
debuit iudicari: sed iudicatur optimum
caput quod aliquanto sit medio maius.
Item diximus os & cum breue esset &
cum enorme: ēē uitiosum. Scdm̄ hec
igitur medię magnitudinis os optimum
ēē debuit: sed non ita ē. Os enī tunc op
timum ē cum aliquanto est maius: quā
medietas constituit. Refertur enī hoc
adleonem. Scdm̄ hec igit̄ exempla me-
dietas non exmensura nec modo neq; cū
indiuersos motus fuerit certa capienda
est. sed prout eam ratio dictauerit: nec
enim medietatis & temperaminis auctor
ēē debet. Quę sit autē uis artis huius
superius expositū ē quę animū intuen-
tis atq; considerantis & certe speciei si-
militudinē mox trahit. cū aut femininī

sine mēsura.

aut masculini aut alicui animalis ingenium imaginatur. Vt autē ꝑprietates possit animalium colligere. pauca ex loco exempla proponemus. Nam palemon partem hanc operosius. aristoteles secto obscuriusꝰ. loxus autē breuiter quidem locum hunc sed planius ē exsecut. quod homines sint animalibus similes. Equus animal erectum ē atq; exultans in certando. animosū. victorię cupidū. non impacient. laboris. Homines ergo qui ad hui animalis speciem referuntur. capillo ē tenso. rubeo. Genas habebunt maiores. collum longus. nares magis patulas. labium inferius demissum. erunt calidi in venerem. iactantes sui. cōtentiosi nimium. sapientes min. Asinus animal est importunum
mers. frigidū. indocile. tardū. insolens. vocis ingratę. Qui ad hui animalis speciem referuntur homines necesse est sint cruribus crassis. longo capitę.

auribus crassis. longis labus demissis. uoce deformi. qui sunt tardi. frigidi. penurię atq; iniurię contemptores. Bos animal est habens caput grande. frontem latam. oculos grandes. os latum. nares latas. latera grandia. uentrem pleniorē. Ad huiꝰ animalis speciem homines qui referuntur. erunt indociles. consilii egentes. loquendi & agendi ignaui. tardiores. regi magis quā regere apti. non tamen sine honestate. nec iniusti. sed fortes. Cerui animal ē timidum. uelox. iracundum. incautum. Qui ad huiꝰ animalis speciē referuntur homines. erunt longi. angustioribꝰ membris. habentes genas maiores. uelociter ambulantes. qui etiam facile ad iracundiam ꝓuocantur. paruū animū gerentes. instabiles. & acuti nimiū. & inefficaces erunt. Leo animal est edendi auidum magis quā bibendi. Seuum cum irritatur. quietū cū non

impellitur· uehemens cum cibo indiget·
tranquillum cum satiatum est· forte· in
uictum cum dimicat· Qui adhuc animā
lis speciem referuntur homines· erunt
capite grandiore· oculis perlucidi· sciss
ore· naribus capacibus· ceruice solida· hu
meris & pectore ingentibus· ilibus angusti
oribus· femoribus siccioribus· pedes imos·
& manus habebunt discretas atq; seiunc
tas· rubei aliquantū· refracto capillo·
In his ingenii affectus nullus· nulla fides
amicitię· nulla religio· Canis animal est·
quod facile nascatur· facile blandiatur·
cibis suauibus oblatum offendit facile·
uigilat facile· Qui adhuc animalis spe
ciem referuntur· erunt acuti ultus·
proscissi oris· longi corporis· acuti mo
ris· oculorum eminentium· maledici·
callidi· leues· facile nascentes· Simia
est animal malignū· ridiculū· turpe·
Qui ad huius animalis speciē referunt·

erunt parui · cauiſ oculiſ · male barbę · bre-
uibuſ ceruicibuſ · paruorū oculorū · rugoſi
uultuſ · imitatoreſ ingenioꝝ alienorū · ipſi
imperfectum ingenium habenteſ · Anſer
animal é audax · pigrum · mane · clamoſū ·
Qui adhuꝰ animaliſ ſpeciem referuntur
homineſ · erunt latiſ pedibuſ · cruribꝰ bre-
uibuſ · grandibuſ calcaneiſ · naribuſ longiſ
& directiſ · capite prope modū rotundo ·
oculiſ rotundiſ · ſplendidiſ · dorſo lato · huꝰ
modi hominibuſ · nihil eſt cōmendandū ·
Non enim reddent · fidem autem miñ
repreſentant · ex eo magiſ quod ędaceſ ſint ·
qꝫ parum fideleſ · Idem ipſi & quod de-
—oerunt · repoſcere negligunt · Lupuſ é
animal rapax · iracundū · inſidioſum ·
audax · uiolentum · Qui adhuꝰ anima-
liſ ſpeciem referuntur · ita erunt · nari-
buſ obunciſ · deorſū detractiſ ſuperciliſ ·
coniunctiſ · hiſpidiſ · oculiſ paruiſ · clauſiſ ·
ſubcauiſ · capite paruo · rotundo · hiſpido

corpore· protensis capillis· reductis ac re-
strictis cruribus· Huiʒmodi homines calli
di· impii· gaudentes sanguine· ad iracun-
diam faciles· moribus prauis usq; adeo ſt·
ut quod datur ut offertur ñ accipiant·
Qđ non datur rapiant· Testudo ani-
mal est mersi· stultum· uorax· qđ neq;
sibi aliquid neq; cuiquam alteri ꝑdest·
Mulier quęcumq; adhuiʒ animalis spe-
ciem refertur· ita ē· Collo breui· dorso
lato· pedibus latis· rugoso uultu· &
maxime malis· Huiʒmodi mulier inepta·
inefficax· ingrata· Coluber animal ē·
seuum· nocens· insidiosum cū constite-
rit· animū terribilē cū timuerit fingit·
gulę deditum· Qui adhuius animalis
speciem referuntur ita erunt· Capite
paruo· tenui· rotundo· oculis paruis·
rotundis· lucidis· collo longo· tenui·
ore ꝑciso· prolixo corpore· pectore astu-
to· caput uelociter & facile cōmouebunt·

homicidę quoq; huiusmodi homines ert.
audaces. timidi. studentes malicię. Noc
tua. animal est ignauum. mutabile.
numquā in hisdem permanens locis.
sine affectu adeo ut pullos non ipsa
educat. masculus enim educat filios
cum pullis conuenit uariis locis habi
tat. in muris cōmoratur. adeo pigra é.
Mulier que adhuuc similitudinem
refertur. ita erit. Obuncis naribꝫ genas
magnas habebit. oculos magnos. rotun
dos. humeros fortes dorsum latū. cras
sum. Huiusmodi mulier nec fidelis fi
lius nec marito p parsimoniam parsimonia. & insipia ignara
manu mersa. lingua indulgens. Pauus
animal é pulchritudini studens. stultū.
posteriores partes sui corporis referens.
clamosum. femminę uocis. Qui cumq;
adhuc animalis speciem referunt. ert
graciles. non indecori corpore. capite
ppe rotundo. speciosis oculis. ceruice

procera · incessu pulchri · Idem ipsi erunt
adulteri · molles.
faciles ad largiendum · moechi · cinedi ·
Gallus animal é ineptum · muenerem
calidum · speciei ac uocis sue gerens fidu-
ciam magnam · Qui ad huius animā-
lis speciem referuntur · ita erunt · Oculo
rotundo · nitenti capite · paruo · mobili ·
subrecti collo · lenibus humeris · in quib⁹
ius & color eorum omnis constitutus é ·
Interdum coma capitis gloriabuntur ·
erecta habebunt crura · barbam ho-
sonoræ uocis.
nestam · uocales · honorem sibi pluri-
mum deferentes · quos necesse est &
certamina celebrando superbos esse ·
aliena libenter adsumere · non ee contentos matrimonius proprius · sine gra-
uitate · sine consilio · sine reuerentia
esse · Iuxta hec exemplā etiā ceteroy
animaliū ꝓprietates tam minimi
corporis consideratas ad species huma-
norū morū prout cuiq; animali q̄sq;

proximus fuerit. instrueris. Retinendū autē quod interdum exuersis animalibus. de quibus indicauim. signa conueniant munum hominē. quę res difficilis quidem ad considerationē. sed tam ad speciem suam singula referenda sit. nec dubitandū pluribus animalibus unū hominē similē pronunciare. Si enim ita euenerit. ut & equi & simię signa conueniant. non dubitab eidem & equi insolentiam. & simię malignitatem assignare. Vel si tribus animalibus proxim quis fuerit. trium animalium mores illi confidēt asscribe. Certū aut ē inspectionē hominū exco difficilem ēē. quod homo unusquisq uicium suum celare nitatur. Sed & studia & conuersationes. satis humana ingenia obscurant. idq ipsū de quo nunc agitur frequent euenit. ut multiforme sit unius hominis

naturā.
ingenium. Animalia autē simplicia
nuda. atq; incauta sunt. & naturam
suam singula in promptu habent.
in apro.
Nam mox etiam ad similitudinē ani-
malis alicui inspicienti ea que dixim.
occurret ita in animo. aliud leoni.
v. forte animosū.
aliū pardo. aliū aquile. aliud perdici
v. uarie mēsis. v. rapaci. v. dolosū.
ee similem. Vbi maxime clara est
masculini & femininī distantia. quoz
discretionem supra prosecuti sumus.
Nec dubiū erit pronunciare de eo qui
urse ē similis. crudelem quidem ee. &
insidiosū. De eo autē qui lupo ē similis.
quod uiolentus. quod fortis. qđ siplicior.
Qui leopardo est similis. insidiosū. rin-
eogū quidā. y dicē bestiā quādā pauonē.
gulus. seuus. audax. Qui eogo ē similis.
erectus. iactans honoris. laudis cupid.
Quotquot sunt species animaliū
ppietates suas queq; habent. ad quā
similitudo singulorū hominū referen
. qđ est. Quare discernens utrū mas

culino an femmino respondeat. & cui animaliuum sit propinquius similis. & iuxta animalis ingenium pronunciabis tam ex consideratione singularum partium. quam exuniuersitate quã frequenter nominauim. Vsq; adeo aũ palemon & loxus doctrinã hanc preferunt ut etiam futurorũ quedã pdicere eam confirment. Ex plurib; igit quę palemon se pdixisse retulit. duo ut tria ponemus exempla. ne ut hoc omissum sit. Apud samum in conuiuio hominis uultum se consideraſſe dicit. qui mutaret interius cuius q; oculi differentiã. & splendorẽ uiuacitatis siue pupillę inquit eius amiserant. Hęc igitur intuens palemon. diuino etiam presagio predixit quid ei futurum esset. & tunc maxime cepit ex his indiuis cognoscere ueritatẽ.

Nunc de auribus disputandum est.

MAGNE aures stulticie uel impudentie parue malignitatis sunt indices. Aures per breues tamquam precise ad stulticiam referuntur. Esse autem quadrate prope modum aute & medie magnitudinis debent & que uideantur figurate atq; formate & que decenter capiti adhereant. Aures nimiu rotunde indocilem significant. Aures oblonge & anguste inuidie indicium habent. CYA CMON labiorum & genarum & frontis si truces uultus exagitent insaniam ut stulticiam indicabunt. Si letus uultibus contingat libidinosum ostendunt. Talam est aute prouidere tristem uultu & letum item liberalem atq; obscuru & malignu discernere ite puigle & cum q somno est deditus. NVNC DE LABIIS ET ORE. DISPVTANDVM EST.

spasmon.

1. constractio

LABIA tenuia in ore maiore. si aliquanto labium superius sit grandius. promptus. tamquã superpositum inferiori. magnanimum. fortem indicant. Referur ad leonem. Paruo ori cum tenuia sũt labia. imbellem. timidũ. uersutum. ostendunt. Optimus autẽ oris status ẽ. quod nec nimis ingens. nec min̄ humile est. Nam humilitas. timidi est. ꝛ malignitatis arguit. Pronitas. stulticiam. loquacitatẽ tribuit ꝛ audaciã. Os paruum. muliebre ẽ potius. & tam uulturis. quã animis muliebrib̄ conuenit. Quod maius est. uirilibus animis & uultubus conuenit. Cum autẽ ultra modũ recusũ os ac reductum ẽ. uoracẽ. inmitem. impium indicat. ita enim & maris beluę sunt. Quando eminent labia super cos dentes quos cinodontas. i. caninos dentes. nã cinos canis. odontas dentes dñr. ΚΥΝΟΔΟΝΤΑΣ greci uocant. maledicum. iracundũ. clamosũ. atq; ad inferendã iniuriam

promptum declarat. Canibus enim
prima est huiusmodi species. Quando
os longe prominet. & est rotundum.
cum crassitate labiorum. & retortum.
immundum. uoracē. stultum ostendit.
Porcorum enim hec signa sunt. Si labi-
um inferius forinsecus excedat. non
quidem malignū. uerū non pruden-
tem designat. Loxus dicit. Cum
inferius labium excedit. etiā studio-
sum laudis ut honoris ostendere. cū
paruū os sit. declarat. Idem. & cū
oris situs in cauitate concauo tamquā indefosso
est. nam & hec species pariter malig-
nitatis. etiam inuidie. ⁊ intemperantie
nota est. Aristoteles huiusmodi oris
homines. id est concaui. libidinosos ma-
gis ostendit. Labia cum soluta depen-
dent. inertem significant. In asinis &
in equis senibus. hoc signum est.

DE GENIS.

Qui genas crassiores habent ignaui & uiolenti sunt. Qui nimium tenues habent. maligni sunt. Quorum male tamquam ab oculis incise sunt plenitudine ac pondere suo ꝑgrauate. & sunt rotunde. inuidie arguuntur. Tenues male. & prolixe. importunam loquacitatem designant.

De vultu.

Omis uultus cum est plenus & crassus. ignauum significat. & uoluptatibus deditum. Deductus. cogitatorem. subdolum. timidū. astutum asseuerat. Vultus paruus. paruū & angustū ingenium. enormis stulticie. et ignauie testatur.

De naribus.

Nares cum extreme & acute sunt. facilem aduacundiam hominē ostendunt. Crasse nares. inmundū hoēm dant intelligi. Porci uero & aues

sordidę ita sunt. Cum imę nares soli-
dę tamquam obtusę & rotundę sunt.
fortem & magnanimum dicunt. hui-
modi nares sunt leonibus & canibus
generosioribus. Nares longę & tenues.
auibus sunt proximę. & mores huius
modi dabunt. Narium pars quę iux-
ta frontem est. si a fronte disposita sit
honestę & seiuncta. uirile signum ē.
Refertur enim ad leonem. nec non
& prudentię notam tribuit. Si origo
narium indiscreta atq; indisposita
sit. stulticiam & imbecillitatem ani
mi indicat. Nam signum ē femininū.
Cum directę sunt nares. linguę intem
perantiam produnt. Nares maio
res esse melius signū est qūa minores.
Minores enim seruilibus ingenuis.
& furibus. & tergiuersatoribus assig-
nantur. Curue nares quas greci γρυπὰς ῥῖνας
γρυπαὶ ῥῖνες nares.
γρυπὸς uocant magnanimis at-

tribute sunt. humiliores quas greci
mus. γναθους dicunt libidinosis. Nares pa
tule alacritatis & fortitudinis indicū
produnt. Cum autem per angustę
sunt & rotundę. & concluse. stulticia
am profitentur. Nares peruerse. per
uersam etiam mentē ee demonstrant.

De mento.

Mentum cum prolixius est. mi
racundum & minus perturbatis
moribus ee manifestatur. aliquanto
tamen loquacem. aliquanto sui iac
tantem ostendit. Qui paruū habent
mentum. uitandi sunt. Nam pter
cętera inmites. & insidiosi sunt. refe
runtur ad serpentes. Si in rotundū
desinat mentum muliebres mores in
dicat. nam & signū femininum est.
Virile autem mentū. prope quadra
tum esse debet. Mentum cum in
ultimo diuisū est. ita ut tamquam

duos uertices habeat · siquidem longe
atq; inprolixum discernatur mentum ·
dolis assuetam mentem indicat · sed si
non nimium medietas depressa sit ·
ueneris et gratiarum signum est ·

De Cervice.

Ceruix longa & tenuis · timiditatem
et malignitatem declarat · Vasta cer-
uix cum prolixitate · animosū · iactantē ·
superbum · asseuerat · Quę ergo modera
ta & prolixa · et uasta ceruix ę · ac mi⁹
rotunda · & uirtutem animi approbat ·
& habilis est corpore · Ceruix quę soluta
et inualida ę nocentes & insidiosos ho-
mines predicat · Ceruix quę neruis
euidentibus tenta ę · ineptum · atq; in
docilem demonstrat · & si alia signa
conueniant · insanum etiam exclarita
te neruorum pronunciabis · sed et
uenę clarę & enormes intextę ceruici
idem quod nerui indicabunt · Qui

uastam nimium ceruicem habent· iracun-
di & indociles sunt· sceleri proxima sunt
huiusmodi ingenia· Sues huimodi sŧ.
Breuis ceruix re atq; exemplis cognita
est· quod sit indicium hominis cum ti-
miditate audacis· qui grece thrasilidos 1·audax·
dicitur· Cum autē inter connunctionē
scapularum· & ceruicis originem cerui-
culus eminet· nec ceteri leniter sibimet
conueniunt· sed per interualla coherent·
ut sit nodorum superficies aspera· sup-
bi· & insolentes sunt· Ceruix pura
indocilem hominē ostendit· Ceruix
ypla 1·mollis· docilem; yro autem in corpo- yro
ribus greci molle quidem & flexibile
non tamen insensatum cuisceratum nec sine uiris
enerue
uideri uolunt· Limanda uero ac reti- diligentē inquirenda·
nenda est huiusmodi significatio ho-
minis· eomagis quo & a grecis per me- 1·translationē
taforam dicitur· erit enim frequentē
necessaria· Aspera ceruix eaq; crista-

ta· non solum indocilem· sed etiam in
supbū
solentem declarat. Rigida & tamqua
defixa· indoctum & insolentē significat.
Interdum & stultis hoc signū coheret.
Ceteris igitur signis decernes utrum
per stulticiam an per insolentiam· sta-
bilis an defixa sit ceruix· Sed dum
cupiunt
quidā studēt & affectant intendere.
atq; rigore quodam firmare ceruicē.
cum intelligant se fluxe ac dissolute
esse ceruicis· eo magis deteguntur. Nā
& labiorum spasmo· & conuersione
oculorum· & incongruis ac dissonis
translationib⁹ cum statu lumborum·
& manuū in constantia· & uocis tre-
more· que conatu proficiscitur· facilli-
me effeminati deteguntur· sed nec ip-
sarum ceruicū in his statuis certus ē.
Sed si diligenter considerēs interdum
contremiscere eos ceruicib⁹ peruidebis.
ruit
Facile enī labat ac deficit oīus imitatio·

Cum autem infracta ē ceruix palam
esse debet. quod uel stultus. ut effemina-
tus sit qui eam gerit. Cetera enī signa
intellectum dirigent. Stabilis ergo cū
temperata est. tunc ostendit optimos
moresꝫ Ceruix superius retorta. inso-
lentem. inmitem. stultū. & inanem
indicat. Sed considerandū iterū atq;
iterū ē. & ceteris signis discernendū.
an per insaniam. an per insolentiam
retorta sit ceruix. Cum inflexa est
ceruix ad pectoris partes. potest aco-
gitationibus occupatū animū osten-
dere. potest ad parsimoniā tenacitatē. potest ad
malignitatē pertinere. pro ut cetera
signa congruerint. Certū autē sit.
nichil simplex huīmodi. nihil securū.
nihil remissū continere. Ceruix insi-
nistrā partē declinata. stulticiā ali-
quatenus. & mollē magis significat.
Aristotiles etiā ad dextrā partem

declinationem capitis. p. emendis. mollibus attribuit.
Solida ceruix & uasta ꝛ que difficile flec
tatur. rapaces facit. refertur ad lupū ꝛ
simiam. De Gvttvre.
Guttur asperum leuitatē significat.
& loquacitatem. refertur ad aues.
Cuius nodus gutturis eminet. leuitatē.
quidem pari modo indicat. non tam
audacem. nec maledicū ostendit. tristē
quoq; atq; tristificū & suspicacem asse
uerat. De Ivgvlis.
Si iugula concluſi sunt. & compressi
ad humeros. & pectus. tarditatē sen
suum & stulticiā. stoliditatē animi indicant.
nec operi ut arti idoneas man. Iugula
qui longe ab humeris separati sunt. &
largum ac latum sinū faciunt. inbe
cillitatē animi declarant. sedm hec
quoq; medietas erit optima ꝛ ad uirtu
tem. ꝛ ad prudentiā. De Hvmeris.
Humeri non crassi sed solidi.

uirtutem indicant. Laxi (remissi) enim infirmitatem animi & timiditatē ostendunt. humeri tenues & qui in acutū erecti sunt. insidiosum hominem indicant. Si autē indiscretis articulis & nodis sunt. ad stulticiam referuntur. Humeri faciles. bene discreti. & absoluti (perfecti) honestatem indicant. De Manibus.

Manus cum ita sunt prolixe ut cū demittuntur erecto corpore cetero genibus propinquent. habiles homines aperiunt. & fortitudinis sunt indices. Cum autē breues & intra mediū femur desinunt. maliuolos homines ostendūt. gaudentes alienis malis. Vt autē de huimodi homine pronunciare possis. quicumq; cibos appetentes protendūt os & caput ut occurrant manui. paruas habent manus. & maliuoli sūt. gaudentes alioz malis. De Cubitis.

Tenues cubiti imbecilles.

plenī nimium · indociles ostendunt. Cū
ergo medię firmitatis soliditatis sunt. & articulis
& musculis insignibus · fortem animū
& habile corpus ostendunt.

De digitis.

Digiti cum molles sunt · docilem ho
minem significant. Cum duri · fortē
sed indocilem demonstrant. Breues
manū & digiti · furtis oportuni sunt.
Crassę quoq; manus & exiguę · si digitos
ultra modum breues habeant · tergi
uersatorem · insidiosū. & furem indicant.
Manus tenues & intortę · loquacem
demonstrant. & uoracem. Itē digiti
cū coniuncti sunt. & coherent · inmun
dum hominē significant. Qui collecti
sunt. & conglobati · malignū & auarū
indicant. Parui & tenues · stultum.
Parui & crassi · inuidū · audacē · ferū
hominē declarant. Qui nimiū plixi.
& nimiū tenues sunt · longe a sapientia

sunt. Qui inmoderato spacio inter se
distant leues & loquaces sunt. Qui aut
moderate magnitudinis sunt & ho-
neste speciei mores optimos indicant.

De Vngibus.

Vnges albi lati subrubentes opti-
mi ingenii dant indicium. Angusti
autem et oblongi stolliditatis & feri-
tatis indices sunt. Qui inflexi et
curui sunt. inpudentes & rapaces sē
referitur ad aues & feras que uolente
sunt. Vnges qui inpressi sunt & corpulenti
nimium ad corporati magis feri &
stolidi sunt. Nimiū breues malignū
hominē declarant. Hoc idē signifi-
cant pallidi & nigri. Asperi unges
qui per rotundi sunt inuenere promp-
ti sunt. Hec signa que unguibus at
tributa sunt per semet ipsa non sunt
satis idonea uerū coniuncta potioribus
non nullā habent efficatiā. Hec tā

de manuum quā pedū unguib⁹ ac digitis dicta sint. De Pectore.

Pectus dispositum & discretum cuius latę sunt singule partes optimū est. Pectus tenue & inualidū etiā animi imbecillitatē significat. Quod autem congestū est carnibus indoctes & ignauos indicat. Quibus mamillę dependent. & molli carne circumdatū pectus est. his uoluptas & intēperantia ueneris assignatur. Ea etiam pars dorsi designanda ē. que est opposita pectori. Nam solidum metaphrenum uirile ē. tenue infirmū. timidū. Et caro si inmia sit in hac parte dorsi. stultitię index erit. sed si paruu spaciu metaphrenum fuerit. idem indicabit. Latū igit esse metaphrenū uiris conuenit. Sed etiā si rotundū leniter fuerit. non ē recusandū. Nam pūentus ingenu hominē indicat. habentē aliquid grauū.

tam in sermone quam in factis. Quod incuruum est metaphrenū & inflectit humeros ad pectus malignitatem cū inuidia indicat. & tunc magis si oīe corpus ita incuruū atq; inflexum sit. Nam & lucrorum inmoderatum studium cum his quę p̄dicta sunt indicat. Emetiendum quoq; ē spacium ab umbilico usq; ad pectoris finē. item a pectoris fine usq; ad originē colli. Si maior pars pectoris fuerit. prudentiam indicat. Si quod infra pectus ē usq; ad umbilicū maius fuerit. uoracem hominē declarat.

DE VENTRE.

Venter cum est magnus. & congestus carnibus. si quidē mollib' & pendentibus. sine sensu hominē. et uinolentū atq; intemperantem. deditū luxurię. ac ueneri indicat. Si nimia caro ut solida sit. maluolū

hominē · & malorum artificē declarat.
Venter si nimio recessu ē tamquam
inanis · timidū · malignum · & uoracē
indicat. Venter aliquanto mollior
atq; inpressior · uirtutem animi ⁊ mag-
nificentiam monstrat. De lateribus.
Latera tenuia · & angusta · et depssa ·
timiditatis arguuntur · ſt quę refer-
ta sunt carnibus & dura · indociles ho-
mines ostendunt. Quę autē rotunda
sunt tamquā tumentia · loquacem ·
inanem · declarant · nā refertur ad
ranas. De Dorso.
Dorsum latum solidum uirile est ·
& contrarium muliebri. Quorum
dorsum incuruū ē · si in molli corpore
fuerit · non tā malū accipiendum ē ·
quā quod in spisso & solido corpore
fuerit. Qui iuxta ilia angustiores ſt̄
tamquā succinc—ti · & ex omi parte
uirtutis excellent · ⁊ ueneratiōnū stu-

diosiores erunt. De Spina.

Spine pars inferior que ὀσφύς (osfus) grece dicitur. si late iaceat & nimia sit & molli carne circumdata. femininū est. superiorem expositionem epi. sup. preteritā exponens. refertur ad ἐπιπρηνίαν (epipreniam).

Que prolixa ē & in acutum diſinit. intemperantiam libidinis & timiditatem ostendit. Virilis ergo est que clara ossibus & moderata ac solida ē. Ischia sunt ossa concludentia uentrē. quibus etiam ossa femorū inpressa sē. Si igitur ischia solida & dura ⁊ discreta ossibus fuerint. fortem & bellatorem hominē monstrant. referturq; enī ad leones. Si uasta. & carne complexa. muliebre ingenium designant secundum ἐπιπρηνίαν (epipreniam).

Que autē nimium consupra excesa sunt. rugosa. & tenui cute circumdata. ut sē simiarū malignitatem indicabunt.

De Femoribus.

Femorum eadem erunt signa secm̄ palemonem · quę mox de superiori parte crurum dicentur quam greci
cnemen · superior pars cruris ·
KNHMHN uocant · cuius prior pars tibia · superior ē · posterior uero usq; ad pedes · Ea igitur repetemus quę aristoteles aliter posuit · Ergo idem dicit · pars cruris quę sub geniculo est posterior · id est suffragines · quotiens plena est tamquā grauida · sordidum · intemperantē · impudentēq; significat · seruiles etiam mores comprehendit · Cū autē moderatę plenitudinis sunt · moderatęq; magnitudinis · solidę · & discretę · optimi ingenii sunt indices · Molles autē muliebri sexui ad signandę sūt · DE GENIBVS ·
Genicula cum inse conuersa sunt atq; colliduntur · ad femineā speciem referuntur · DE CRVRIBVS ·
Sunt crurum partes imę proximę

talus. Igitur imi pedes. & calcanea cum nimium uasta sunt. & referta carnibus. stultum hominē indicant uel insanum. Hoc ase obseruatum esse diligenter palemon refert. & eo magis si & humiles digitos. & uastos in hisdem pedibus esse contigerit. Quorum ergo ambitus. solidus. certus. circumscriptus. bonedisereus. & honestus ē. & qui non offendat oculos. uirū sēm demonstrant. Tenuitas. timidū ⁊ intēperantē declarat. De Pedibus §.

Pedes imi. discreti neruis ac articulis. clarum. generosū. & uirile ingenium declarant. Molles & ampla carne circumdati. molle ingeniū & femininū ostendunt. Crassi pedes & breues. admodū ferinos mores indicant. Nimiū prolixiores. in ingilantem dolus hominē multus. ac pniciem cogitantē demonstrant. Per tenues

& breues. malignum produnt. Curui pedes & qui plantam longe cauam. ac reductam habent. improbandi sñt. Qui equaliter plani sunt & nullum habent receſſum in medios pedes. ſed cruribus ambulant. & ex interiori parte calciamenta atterunt. uersutā & malignam mentē ostendunt. Aristoteles addit etiā hos esse uersutos. qui habent inflexa supercilia. sicut sunt in personis senum comicorum. a cōmesarionib⁹ dict⁹.

Comici sñt qui priuatoꝝ hominū res describebant.

De Capillorum Qualitate.

De capillorum uarietate. hec superius quidem discretio facta ē. quod crispi timidum ostendant. quod directi ferum. hoc idem & spissi. qđ rari insidiosū. quod molles nimium. effeminatū. qđ nigri timidū nimiū. & auarum. quod rubei subalbi. auaros mores. & qđ harū oīm contrarietatum medietas sit optima. Sed q̄ uehemēter

rubicundi sunt ut flos malicranati. r. punici.
repudiandi sunt. Nam & auarum.
ferum. & indocilem significat. Sed qm̃
& preter caput & supercilia & oculos.
in aliis etiã partibus corporis exoriunt
capilli. retinenda ẽ in his partibus
regula. de capillis superius dicta. Sed
& specialiter assignandę proprietates
ceteris partibus sunt. Crura densis. &
longis capillis obsita. indocilem & ferũ
hominẽ indicant. Ima pars spinę &
femora similiter capillosa. idem indi-
cant. Venter & pectus si nimio capillo
circumtecta fuerint. leuem & instabilẽ
hominẽ produnt. Preterea sine religi-
one. sine pietate ẽ. hoc ingeniũ decla-
ratur. Cũ solum pectus capillos pfert.
callidũ & animosũ significat. Cũ hu-
meri & metaphrenę capillis circũdata
sunt. auũ mores. id est leues & instabi-
les indicant. Cũ oñe corp̃ contectũ ẽ

capillus· animum quadrupedis potius
qua hominis indicant· Cū ceruix a capi-
te capillosa ē· fortem· & animosū indicat·
refertur eni ad leonē· Et cū ad mediam
frontē· capillus decurrit· ex utraq; aut
parte repsus ut reflexus ē· ad equi speciē
refertur· De Motv Corporis.
Motvs corporis aluus ē naturalis·
aluus ē affectatus· Affectati tres sunt
(astu cōposito. fictus.)
species; una cum homo honorem uel
potestatem· uel lucrū· ut nuptias cap-
(capere)
tans· pro ut acceptissimū esse potioribꝰ
(desiderans.)
arbitratur· ita se constituit· Nam &
luxurię· & bonitatis similitudinē in
duit· & erectus· dejectus· squalidus· (sordidus) ig-
nauus· ē· & inmisericors· & industrius·
(desesperatus.) (strenuus.)
ubi pauperē· rusticitatē· parsimoniā·
paruitatē· & misericordiā imitandū
(simulationis.)
putat· Secta species ē affectationis eoꝝ
q; ad pulchritudinē studeni· quiq; uul
tū & oīe corpꝰ ita informant· ut aut

uirginibus insidientur. aut matrimonia
perturbent. Sed & qui in puerosq; demen-
tes sunt. aut mulierū loco se ipsos consti-
tuunt. quo uiros in se prouocare possint.
& affectatū atq; elaboratum corporis
motū habent. Tercia species ē eoy. qui
cinedi quidē certa fide sunt. uerū suspi-
tionē a se remouere conantes. uirilem
sumere speciē sibimet laborant. Nam
& incessū pedū iuuenilē imitant. et
semet ipsos rigore quodam confirmant.
& oculos uocem q; intendunt. atq; oīe
corp' erigunt. sed facile deteguntur.
uincente se ac nudante natura. nā &
collum. & uocē plerumq; submittunt.
& pedes man' q; relaxant. aliq; indici
a facile produnt. nā & timor subitus
gaudiū q; inpuisū abimitatione eos cu-
rata exeunt. atq; ad suū ingeniū reuo
cat. plerū q; etiā oscitantes detecti sunt.
Signa igitur oīa que ex motibus cor-

poris colliguntur ad quattuor has spe-
cies referenda sunt. ad unam que uera
& naturalis est. ad tres quas ficticias
& simulatas esse constituimus.

Qui longis passibus incedunt. magna-
nimi sunt & efficaces. Earum
autē restrictiq; passus. ineffi caces. parci
paruę mentis sunt. dolorū artifices.
& obscurę mētis. Uisorū passus celeris motus cum ē. erecto corpore & ho-
nesto atq; claro. callidū hominē indi-
cat. q aggrediatur res agendas magis
quā perficiendas. Si autē celeritē qui-
dem mouetur uerum sūmittat ocu-
los. & se comprimit. & uultū deduc-
cit. atq; omē corp implicat & colligit.
nimiū timidū. parcū. uersutū. min
liberalē indicat. Cū autē celeritatē
motuū peruideris. atq; incessū. ocu-
lorū perturbationē. capitis in con-

stantiam · anhelitū spissum · hęc indicia timanis.
cladium magnarū auctorem · r nimię
audatię declarant · Qui breues passus
habet · eosdem q; accelerat · maligñ · &
plusqūa timidus · & imbecillus · haben-
dus ē · Tardus incessus si naturalis sit ·
etiā animū pigriorem indicat · si non
pontora signa dissentiant · Si autē
pcussata sit tarditas · & interdū resis-
tat · circumspiciat · cerucē erigat ·
superbię dabit signū · Recte autē
eum etiam mechum & adulterum
pnunciabis · Cū autē manuū ac pedū
motus · cū totius corporis consentiunt
motib̄ · & cū humeri moderate tran-
quilleq; inferuntur · cū lęni inclina
tione cerucis · magnanimū hominē
dicunt & fortem · Huiusmodi leonis
incessus ē · Qui autē humeros cōmouet ·
trendit.
dirigit tam collum atq; erigit · super
impotrannus.
bus & insolens rectissime iudicabitur ·

ſſt enim taliſ equorū inceſſuſ. Hec ſatiſ eſſe arbitratur palemon ad inſtitutionem minute inquiſitionis. unde ſimilitudines ſubtiliuſ atq; artiuſ cōparate ex hiſ que dicta ſunt haud facile conſtitui poſſunt. Qui autē oīi corpore mouentur manifeſte atq; euidenter effeminati ſunt. impudici molleſ. Ex hiſ tolerabiliores ſunt qui cum mouent corpuſ inclinant ad dextrā partē. Stulti autē & ameſ ſunt quorū corp̄ declinat ad partem ſiniſtrā. Qui autē ſubmittunt ſeſe atq; oīe corp̄ infringunt. in honeſte blandi ſunt quoſ greci colacoſ inhoneſte blandoſ. κολακας uocant. Refertur hoc ad canes. DE ANHELITV.

CVM quietiſ ē ſpe ita ut aut nullū aut pertenuem p̄beat ſenſum incurrens ac recurrens in cogitatione conſtitutū hominē declarat. Huimodi autē cogitationeſ fere &

oculi indicabunt. Cū spē interdū qui
escit. longo autē p̄ interuallo nimium
trahitur uelut f spf. hedi in estu reuoluti.
in magna tristicia indicat hominem
constitutū. Cū aut̄ etiā caput quatit.
& ingemiscit. f penitentiam. precium rei a se male-
gestę & maledictę continet. si tamen
oculis in officio constitutis. ac uigentib⁹
ita uideatur cogitationē uersare rem
potuis malam agere credendus ē qūa
rei gestę penitentiam sustinere. Spē
cū mugit & grauiter concipit atq; edi
tur. feritatem & uiolentiā indicat.
Quoz anhelit⁹ ita perturbat⁹ ac spissus
ē ut post cursū ēē hominis solet. incon-
sulti. iracundi sunt. quib⁹ ōme sit actu
dictuq; facile & satis pmptū. Qui desup
trahunt spīm. & sursum uersus reuo
cant. quibusq; leuis & spissus ē. anhelit⁹.
timidi. imbelles. interdū effeminati
sunt. si cetera signa conueniant.

Allegr. 38.6.

De Voce.

Qui uocem grauē. & tamquā ex quassato (effracto) uasculo promunt. stulti sunt & uoraces. Et quoz sonus in gutture est. siue sit solidus siue sit ouium proxim. stulticiā indicat. Qui incipiunt é graui uoce & in acutā desinunt. faciles ad fletum. ac lugubri (tristi) animo sunt. Qui acutā uocem cum siccitate promunt. uersipelles (malitiosi) ac subdoli sunt. Qui acutā & mollē habent. effeminati sunt. Qui uocem tamquā ex concauo depromunt. grauem & inflexibilē. ingemo sunt uirili. & magnanimes. Qui tardū grauē q; uocis edunt sonū. tranquilli sunt. iocundi affabiles. morū q; uisorum. Qui inmodū (t more) anū uocem intendunt. proni inuenerē. inanes (uentosi) faciles q; Infracta uox & tenuis. ac lugubris. tristem. auarū (t asperū). ac suspicacē indicat. Quoz uox currit per nares. ita ut

resonent nares· mendaces· maliuoli·
inuidi· gaudentes malorū alienorum
sunt· Intenta uox· uehemens· cui
tamqua sonus quassus permixtus ē·
uiolentū· iniustum· odia generan
tem oībus significat· Tarda uox·
inertem· pperā· cipitem· impudentē decla
rat· Referenda· etiam uox sicuti cete
ra ad similitudines animaliū· nam
canib· simus· auibus· uoces hominum
similes sunt· & alius equo· alius porco·
proxima uocē emittit· Ex similitudine
igitur intellectū capies· Quod autē
supra de contrarietatib· constituimus·
& mediū ēē impleriq; optimū iudica
uim· hoc etiā de motu corporis· &
de uoce pnunciet· ut nimietatē ad
malā partē accipias· medietatē ac tēpe
ramtū· optimū iudices· De coloribus
Colorum species in cor- corporis·
poribus gentibus attributę sunt·

Pro ut sunt igitur gentiū ingenia
ita colorum similitudo noscenda est.
Color niger. lenis. inbellem. timidum.
uersutum indicat. refertur ad eos qui
in meridiana plaga habitant. ut sunt
ethiopes. egyptii. & qui his iuncti sunt.
Color albus. sub rubeus. fortes & animo
sos indicat. refertur ad eos qui in septen-
trione cōmorantur. Color uehemēter
albus. uirtuti é contrarius. Cū color
rubicundus ē euidenter in oīm corpo
re. dolis hominū studentē. uersutū q;
declarat. Color qui pallore deforma
tur. inbellem. timidū eundem q; tergi-
uersatorem significat. si non egritudo
sit causa palloris. Cum fuscior color
pallori permixtus ē. uoracē. loquacē.
intēperatum ire. linguęq; denunciat.
Color ignitus. ad insaniam uergit.
Color tranquille & moderate rubeus.
docile ingeniū ueloxq; declarat. Cum

pectus solummodo rubore obductū
est. iracundia inflāmatum animum
demonstrat. Cū uenę ceruicis & tem
porum extant. sanguineq; st oculi
iracundū animū. & uehementē ostēn
dunt. non numquā & insanū. Cum
ultus rubet. aut uerecundū. aut
uinolentum declarat. Discernam
ergo hunc ruborem. oculorū inditus.
Nam si oculi rubeant. cū aliquo liquo
re. uino indulgentem ostendunt.
Si sicci sunt & rubeant. iracundū.
si temperati. uerecundū. Nunc repe
tenda sunt ut supra ꝓpositum. que
ꝓprie loxus seu aristoteles posuerunt.
uel aliter interptati sunt. quamuis
etiā locis suis aliqua adiunxerimus.
Quę enī palemon dixit & consenta
nea sunt reliquis auctoribus. prope
modū prosecuti sum. Loxus tres
oculorū colores optimos constituit.

& primā ſpeciem ponit oculoꝝ quos
qui uiroꝝ albori mixtū habent.
inter nigroſ & glaucoſ uult uideri.
Secūdam conſtituit. quoſ magiſ glaucis
proximoſ albidioreſ tamen conſtituit.
Terciam ponit. nigriſ proximos.
Idem pingueſ oculoſ dicit manſue-
toſ quidem ee. uerū ad libidinem &
ad lacrimaſ faciles. Idem ſiccoſ impu-
denteſ pronunciat. glaucis nimium
adimit fortitudinem. impudentiam
relinquit. Idem dicit quod pupillę
quotiens foriſ ſunt & ad aureſ conū
ſę. iocundū animū & manſuetum.
mentē timidā indicent. Conuerſas
autē pupillaſ ad aureſ. nimietatem
in oīb⁹ rebuſ oſtendere. Idē dicit
cum pupillę parſ magna palpebra
inferiore contegitur. molliorīs animi
uenoſi
ee. in aniſ. miſcēdis. anguſtę mentiſ
atq; ita conſtituit. medietatē oculi
debere pupillā obtinere. Idem dicit

palpebram ſuperiorem ſi parua ſit. tardum ingenium oſtendere. ſi prolixi or & deorſum ſumiſſa. infirmū atq; imbecillem. Idem dicit circūciſionem palpebrarū ſi rotunda fuerit. animoſum magiſ quā ſapientē indicare. Si longa inciſio fuerit & anguſta. inuſtum animū oſtendere. ſi lata. inmoderatū. Idem dicit. cū anguli oculorū inacutum inciſi ſunt. non integram ut fidelem mentē oſtendere. niſi ſanguinolenta ſit angulorū caro. Idem dicit. omīſ quicumq; paruiſ oculiſ naſcunt. ad infamiā uergere. Idem dicit palpebraſ craſſaſ nec ſanitati corporiſ conuenire. nec ū mtiſ indiceſ ēē. Tenueſ palpebraſ. & inſanitate optimaſ. & mentē dō proximam indicare. Capilli qui intra nareſ ſunt & ſpiſſi. longiq; multum. calidum animū. libidiniſ appetentē

indicare. Cū autē aures pilis non carent. uigorem sensuum & mentis indicant. ueruntamē surdi tales plerumq; efficiuntur. Idem dicit capillos qui intra nares hominis nascuntur. si quidem densi. multi. crassiq; sunt. in mobilem animū durum q; ostendere. si pauci molles q; sint. facilem ac docilem animum nunciare. Idem dicit. balbos omēs ēē elatos. superbos & corpore rigidos existere. De fronte aristoteles dicit. Cum frons cōpressior fuerit ad caput. & nares in origine sua ꝑppe depresse. ut caprarū. mumificos. simę sunt. liberales ēē. & referri ad leonem. Idem aristoteles dicit eos qui supercilia obducunt. pupillas autē superius tendunt. atq; omi uultu summisso sē. ēē quidē inhoneste blandos. & referri ad canes. Idem aristoteles dicit eos qui uultu omi tranquillo. pari modo blandos ēē. & hos ad

Balbi. á balbando uocati.

canes referri. Idem dicit quib⁹ origo narium tenuis ē impudentes ee referri ad speciem coruorum. Idem aristo tiles dicit promptos satis oculos in ertes esse referri hoc ad asinos. Idem dicit oculos caprinos libidini esse deditos referri hoc ad caprū. Idem dicit qui rotundiores oculos splendi dos q⁹ gerunt insaciabiles ee uenerii ut galli. Idem dicit animosos esse eos quorum post primā iuuentutem gene durriores & nude sunt extremū autem mentū barba ē obsitum. Idem dicit eos qui uoce ita intendt. ut pxime caprino balatu eam exasperent furiosos esse inuenerem referri hoc ad capras. Idem dicit infidiosos qui breue habent ceruice tam quā si infulciat ceteto corpori & quibus subsannatio ut aspiratio est narium. & concussio prima

uultuſ ac reducti oriſ ut in riſu ſolet
fieri. uel certe cum indignatione con
cepta ſermone utimur ut ē ille ſermo
in bucolicis. Mopſe nouas incide fa
ces tibi ducitur uxor. Sparge marite
nuces. tibi deſerit heſperuſ occa ſu
uespe
montem
et ſtatuſ oriſ ut motuſ corporiſ eſſe dr
hoc uultu. qui frequentes ſunt abſq;
ſtrā t mor
indignatione. Igitur ariſtoteles prohi
bet contingere ea loca que non oportet;
ut culi cunni ↄ taliū
Idem dicit quotiens thoruſ in fronte
obſtitas
eſt ſuper poſitus ſuperciliſ. inquietoſ
ēē ac furioſoſ. Idem dicit eoſ qui colo
lentes lentis gen legumin
lorem uarium habent tamquā lente
aſperſum. uitam turpem. facta turpia
exercere. tam mulieres quā mares. Idē
dicit imperitoſ ac ruſticoſ ēē. qui cum
incedunt brachia inferunt. & immode
rate cōmouent. & qui calcaneis inni
tuntur. Idem dicit eoſ quib⁹ paruū ē
uerecundū atq; ſiccum. mulieribus eſſe

deditos. & quibus etiam cum non intendi-
tur rectum ē. & qui femineos proximos
habent uultus. & cetera corporis speci-
em. Masculis autē esse deditos. qui cor-
pore & uultu sunt uirili. & qui alterū
exoculis habent glaucū. Ita & de mu-
lieribus dicit. mulieres coire cū mulieri-
bus. quarum species ē muliebris. mascu-
lus autē magis deditas ut quæ magis ad
uirilem speciem respondent. Qui uiri-
lia habent magna lanea q; stolidi st
Idem dicit eos qui cū ambulant calca
neis introrsum. pedibus autē forinsec
conuersis incedunt. posteriora sectari.
Idem dicit a temptantib se facilem ē
qui in alios turpis ē. qui uultū gerat
femininū. & qui nigrum quod ē. intra
oculū aliquanto pinguius habeat. &
qui leuū oculū glaucū gerat. Idem
aristoteles dixit. sensibus esse eos tardi-
ores. quorū crura incurua st. quos

certum ē detractione potius delectari.
Sunt cū ociosi homines conuenientes
ad locum certum · in eptusq; narrationi-
bus studentes. Et stoudos aristoules
dicit ēē quibus aures magnę · & adul-
tum conuerse sunt · pedesq; immodum
falcium recurui · quorum uoci insonant
nares · & quorū latera tumida sunt ac
recurua · & quoz genua introrsū re-
tracta sunt. Idem dicit colorē plūbo
similem · & qui distinctus ē maculis ro-
tundis · omēm q; sordidum colorem
cutem q; crassā · ac rugosam · rotundū
uentrem · & prominentē · quibusq; caro
durior ē · & quib' sunt crasse atq; neruo
se sunt · & quib' uultus nares q; crasse
sunt · stoliditatis omia hec ēē indicia ·
Deinde aristoules dicit inuidos esse
qui sinistras partes maiores habent ·
& quib' supercilia ad oculos detrac-
ta sunt · De maledicis idem dicit ·

i parres pedis:

Sura dr dar
q pilam
crure plato
ferendam
colluforibus
prebet;

Gingiuę á gigniendus dentib; dictę.

ubi ea pars quę super gingiuas & oram labii superioris ē eminet. id ē medietas eius spacii. quę in nares est oram q; labii superioris. maledicum designari. Idem dicit maledicos ēē quibus labium altum superius est. uultus pronior. hirtus. hispidus. subrubeus. Idem dicit suras cum retractę sunt ad genua. ut suffragines. indicare hominem qui ad coitum facilis sit. uelox. Idem dicit femur cum nimia carne circumdatum ē. femininū potius uideri. siccis solidisq; ossibus uirtuti assignari. Idem dicit cū hispida nimium sunt femina & curua. pronos in uenerem ostendere. refert hoc ad capros. Idem dicit nates sicciores uiriles esse. ęglobato. carnis. nates amplius carnibus effeminatum ostendere. Nates autē tam quā abscisas malignitatis esse signa. refertur hoc ad ursum & simiā. Idem dicit

turpē. impudicū.

histrionib; ⁊ scurris.
pantomimis & aleę dediꝰ ēē qui bra
chium ab humero usq; ad caput
breuius habent. cum ē spacium illud. ab
humero usq; ad caput summū. Idem
uitiis attineri dicit eum. qui femina
parua. crura autem habet longiora.
Idem dicit tristes ēē quibus uultus
omīs rugis plenus. rugosius est. Idem dicit par
ua corpora uelocia. Cum igitur sic
ca caro ē in paruo corpore color q;
candidus. inefficacem hominē esse.
Cum uero magno corpori caro mol
lis est uel color est frigidus. ignauu. ineffica
ces sunt. Color autē calidus niger ē
subniger. ignitus. rubeus. Color frigi
dus albus ē. medius in nigrum et
pallidum habetur. Et calidi coloris
signum ut supra dictum ē. meridia
nę plagę. frigidi septentrionali at
tributum est. Rursum cū corpus
parum molli carne circumdatū ē.

& colorem ex frigidioribus sortitum ē
expedimus agilis
facile perficit cepta · & est efficax.
Corpus autem magnū · cum sicca carne
circumdatum ē · & colorem ex calidiori-
industris
bus sumpsit · efficax ē · ungetq; sensibus.
Hec sunt que apud Ioxum & aristoti-
lem notanda esse credidim · que etiā
a palemone · ut non dicta · ut aliter
dicta ee perspexim · In ceteris enim
ppe modum omnibus · hi tres auctores
sibimet consentiunt · Qm igitur &
signa membrorū · & significationes
ipse signorum ppe modum exposite
atq; enumerate sunt · tamquā prima
elemta ut supra dixim litterarum ·
nc concipiam atq; constituam species
aliquas ex pluribus · sicut ex litteris syl-
labe constituuntur · ut informati a
paucis exemplis tā aristotilis quam
palemonis · etiam per nosmet ipsos in-
transferre de greco i latinū
terpretari ac sociare signa ualeam ·

& de moribus hominū instructi esse
possimus: quamquā & superius non
nulla huiusmodi habeant exempla.

De Fortibus.

Constituamus uirum fortem.
Recto corpore debet ee latera.
articuli. ima pedum manuū q; solida.
ossa grandia. capillus durior. uenter
latus. aliquanto cauus. humeri fortes.
scapulę seiunctę. pectus & metaphre-
na solida. femore solidę. crura non indi-
gentia carnis. imi pedes discreti arti-
culis. coloratior magis quā pressior.
acies oculi uelox. humida. oculi non
satis grandes. non nimiū patentes.
nec nimiū concluſi. supercilia non
extenta. frons nec lenis nimiū nec ni-
mium aspera. uox durior ac uehemē-
tior magnanimitate p̄cellens. anheli-
tu quoq; tranquillus. huiusmodi uiro.
uirtus & fortitudo adsignanda est;

De Timidis.

Timidus & imbecillis capillo est nigro. mellino. ore oīq; figura remissiore. collo longiore. colore nigro uel pallido. uel albo. sed & cum pallore albo oculis siccis. perturbatis. palpebris citis. atq; mobilibus. anhelitu pauidus. cruribus tenuis. ima parte spinę longa. pectore imbecillo. manibus longissimis. uoce molli ac sonora. his timidus ut dixim̄ indicijs declaratur.

De Ingeniosis.

Ingeniosus ee debet non satis pceruus. nec breuis. coloris albi. cui sit permixtus etiam rubor. capillo flauo. non adeo crispo. sed nec extenso. corpore recto. mēbris magnis. articulis discretis. carne moderata. aliquanto molliore. crura femina q; habens modice plenior. suras robustas. manuū pedumq; articulos fortes. digestos. simplices.

nigro. mellino. femoris. dispositos.

moderate prolixos. ase separatos non
distentis replet̃s
refertis carnibus. non nimium exiles.
oculos humidos. splendidos;

De Insensatis.

Qui sine sensu ẽ ita esse debet.
Albus nimis. ut nimis niger. carne
circũdat. s. debet.
ambiri nimia. uentre ultra modum
pminere. crassis cruribus. paruis artu-
culis. obligatis atq; constrictis. iugulis
nimiũ coniunctis atq; conclusis. cerui-
ce uasta breuiq;. ima manuũ pedũ q;
imperfecta. malas. & genas congestas
refertas.
carnib⁹. frontẽ rotundã. aciem oculoꝝ
ñ penetrabilẽ. nec efficacem. sed patu-
agilem.
lam. De Impudentibus.

Impudens homo ita ẽe debet. Oculis
patentib⁹. lucidis. palpebris plurimũ
separatis. crassis pedibus. & manibus.
fe.
contra intuentes. altius se erigens.
rubicundus colore. uocis acutę. huius
inuerecundus. plenus iniurijs.
modi impudens. iniuriosus est;

De Temperatis.

Constituam hominē temperatum atq; moderatū. Vox ē in eo grauior. tarduſ inceſſuſ motuſ palpebrarum temperatuſ nec ſpiſſuſ cuiuſ non tam perluceant oculi quā humorē pferant. uultuſ rubori honeſto permixtus;

De Securis.

Homo ſecuruſ ita intelligitur. frontem habet non tenui cute ſed plenore cute contectam. candē lenē & humilem. atq; omēm uultum in plenitudine magiſquam in macie conſtitutū. eundē q; uultū tamquā ex ſomno ut ſomno pximū. oculoſ humidoſ perlucidoſ. ſine uitio intuentes. q etiā tranquille moueat. ī manſueta uoce ſit.

De Tristibus.

Triſtiſ homo ita intelligit. Vult tenuiſ. fronſ rugoſa. ſupercilia in trorſuſ conuerſa. cilia intenta;

De Androgenis.

andra· uir· gine· mulier·

De Androgeno qui inuirū ē & femina quē greci ·ΗΡΜΑΦΡΟΔΙΤΟΣ· uocant ita intelligitur. Oculos habet humidos· qui impudenter intuent. Cui fronſ contrahitur· & male· cui non ſtant ſupercilia· cui inclinata ē ceruix· cui quidē ima parſ ſpinę n quieſcit· Cui oīnſ art incerti ſtatuſ ſt· q insilit frequent· imiſ pedibuſ & calcaneiſ ſepiuſ inſurgit· qui genua collidit· q reſupinat plerū q; man pmouet· qui ſe circumſpicit· q uoce ē tenui· & tamquā quiſ inſonet gutturi· cui uox ppe garrula nec igrata interdū ē· nec int ēan nimiū tarda uox ſit· an pceps· uolox·

ermafrodtron· Erma maſculuſ· afroditeſ femina·

De Amaris.

Qui amaruſ ē & litigioſuſ· his indiciſ apparebit· Subrideat neceſſe ē· pe pallebit· ouatiſ palpebriſ· & ſiccis oculiſ intuebit· frontē

lenis·

habebit rugosā · faciem uinolentam
anhelitū spissū · manus sepe collidet · ut
inse cōplicabit · solū pedib⁹ sepius tun-
det. De Mansvetis.

MAN suetum ingenium tale est.
Vultus omīs iocundus · carne molli
quā greci ἱππαν uocant · & aliquan-
to pleniore circūdat · membra mode-
rata · oculi tranquilli · tardi · motus
omīs corporis · tard⁹ · uox grauior · ulti-
ma linea capitis capillo⁹ superius erec-
ta. De Yronicis.

Yronicus est qui p contrariū loquitur

Yponac greci dicunt · occul-
tos aliquanto & obscurę mentis ho-
mines · quo⁹ tādiu fictum atq; simu-
latum ē & quod sibimet derogant ·
& qđ in alios pfert · q aduscq; certus sig-
nis atq; indiciis detegant · Ypon q
est qui circa oculos cutē habet relaxa-
tā · oculos instructos ad speciē bonita-
tis · uocē sūmissam · facilē ac uolubilē ·

cui incessus. & sermo ita moderatus ē.
ut rithmo. ῥυθμῷ id est numero proximē
possit. De Cupidis.

Qui pecunia cupidi sunt. ita sunt.
Paruis membris. paruis oculis. par-
uis uultib⁹. celeri incessu. inuriosi. sce-
lesti. ut & uita eorū & actus tamquā
rubore superfusus ēē uideatur. Sunt
quidē homines cū stulticia nocentes.
hi signorum non una ratione noscun-
tur. Nam interdū alia signa gerūt.
quę exquisita explorata atq; perspecta dabunt
etiam in uno homine utriusq; rei
intellectū. inquibusdā autē hominib⁹
signa quidē sunt stulticię. uerū eadē
exasperata atq; efferata. Quo igit
magis hoc clarum atq; incertum sit.
respiciam⁹ ad ea animalia quoy unū
quidem genus ē. atq; unū nomen.
animus autē. & corporis qualitas
uniuersa atq; discreta. Nam quem-

